



**CL. V. Ioannis Wamesii, I. C. Celeberrimi, In Academia  
Lovaniensi Antecessoris Primarii, Responsorum Sive  
Consiliorum De Ivre Pontificio Tomus ...**

**Wamesius, Johannes**

**[S.l.], 1643**

Tenor Privilegii

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-98691](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-98691)

In PECKIO pietas & eruditio  
Certare vise, earum utra antecelleret.  
Id scripta produnt facta juris publici,  
Quæ maximo sunt usui & scholæ & foro.  
Postquam Antecessor jura Pontificum sacra  
Interpretatus pluribus lustris fuit,  
Magnum in Senatum est publico accitus bono.  
Felix relicto filio cognomine,  
Cui cernere ejus ingenium datum bona,  
Virtute cuius fulta res stat Belgica.

GER. CORSELIVS I. C.

### APPROBATIO.

**H**ÆC D. IOANNIS VVAMESII, Iuris Canonici in Academia Lovanicensi dum viveret Professoris celeberrimi, ad libros Decretalium accommodata CONSILIA, nihil continent, quod sanæ fidei adversetur, insuper & solida eruditione referta dignissima judico, quæ ad publicam utilitatem evulgentur.

GVILIELMVS FABRICIVS  
Noviomagus, Apostolicus & Archid. lib. censor.

### TENOR PRIVILEGII

**P**HILIPPVS D. G. Rex Hispaniarum, Dux Burgundiæ, Brabantie &c. Privilegio suo sancivit, ne quis citra voluntatem IACOBI ZEGERS, Typographi jurati Lovanienfis, CL. V. IOANNIS VVAMESII I. C. celeberrimi, in Academia Lovanienti Antecessoris Primarii, Responsa seu Consilia de Iure Pontificio intra novennium proximum imprimat aut alibi impressa in ditiones suas importet, venaliave habeat. Qui secus faxit confiscatione librorum & gravi penâ mulctabitur, ut latius patet ex litteris datis Bruxellæ an. CIO. IDC. XL. Iulij 4. Sig. STEENHUYSE.

### MONITIO AD LECTOREM

Benevole Lector, Per incogitantiam typothetæ factum est, ut post Consil. CCCC. XII. omissus sit hic titulus:

De Testamentis,

Legatum Ecclesiæ.

CONSILIUM CCCC. XIII.

Consilium hoc quia suprâ repetitum CCC. LXXXIII. ideo hîc omittitur. Item Consil. DXLIII. pro lunge Conf. CVII. lege XCVII. Reliqua quæ panciora, ut spero, occurrent, græve nisi sit tu ipse inter legendum observabis & corriges.

IOAN.